

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Consideracio sui c cum uariis

Magis cogitare debetis quid uobis desit quam quid uobis assit. Quod habes, caue ne perdas. Quod nondum habes, supplica ut habeas. In quantis sis minor est considerandum, non in quantis sis maior. Si enim cogitas quantum precessisti alterum, time tumorem. Si uero cogitas quantum tibi deest, ingemiscis; et cum ingemiscis, curaris; humilis si eris, tutior ambulabis, non precipitaberis, non flaberis.

Augustinus super Mattheum sermone LIIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

uobis] nobis V² L¹ L²; habeas] habeat (*cor. intra*) B; et cum ingemiscis *om.* P V¹ V² L¹ L²;
curaris] curuaris L¹ L²; humilis si] si humilis V² L¹ L²; flaberis] laberis P V¹ V² L¹ L²;
LIIII.] 59. P V¹ V² L¹ L²